

eius non auditis, flagella eius despicitis ^{a)}), beneficiis non flectimini. Scitote quia, sicut mare rubrum Pharaonem, sic infernus devorabit vos, et non dixeritis: Nos christiani sumus. Vos ^{b)} christiani non estis, sed *bestia* illa quę apparuit in visione Daniheli ^{c)} prophete ¹⁾), fortis et terribilis nimis, dentes et unguis eius ferrei, conterens et comedens omnia et reliqua pedibus suis conculcans. Verbo dominico concludam sententiam ²⁾): *Qui est ex Deo, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.*

Eutitius. Vehementer te video commotum et illius sententię oblitum ³⁾): *Obsequium amicos, veritas odium parit.*

Theophilus. Oboedire ^{d)} oportet ^{e)} Deo magis quam hominibus ⁴⁾), et qui propter timorem reticet veritatem, veritatis proditor est. Et vere fateor, quia qui nunc ^{f)} per ambitionem ^{g)} vel avaritiam vel timorem vel vanam gloriam cito mendaciis ^{h)} favent, apparente omnium malorum capite, id est antichristo, cito fidem negaturi sunt. Nec eius tunc erunt manifesti ⁱ⁾ defensores, cuius nunc sunt subdoli cultores.

Eutitius. Dura sunt verba tua neque omnibus placitura; sed quia ista per excessum deplorasti, ad propositum reverti oportet.

Theophilus. Proposuisti distinguendum tibi, quę episcopo ^{k)} dare liceret et quę minime.

Eutitius. Ita est; sed peto recapitulari ^{l)} breviter ea quę prohibentur, ut ad concessa postmodum veniamus.

Theophilus. Tutoribus et auctoribus ^{m)} patrimonium heredis alienare omnium gentium quę legibus utuntur leges prohibent, usum ⁿ⁾ autem fructus salvo iure heredis legare non defendunt. Sic quoque patrimonium sanctę ecclesię, quę Christi coheres est, tutoribus et auctoribus ^{o)}, id est episcopis et clericis, alienare vel parentibus et amicis

^{a)} dispersitis C. ^{b)} quia vos B. ^{c)} spiritus asper statt h A; Danieli C.
^{d)} obedire BC. ^{e)} das erste t über der Zeile nachgetragen A. ^{f)} fehlt B.
^{g)} it verwischt A. ^{h)} mendaci mit folgender Rasur von 1—2 Buchstaben B;
 vgl. S. 84 N. p. ⁱ⁾ fehlt B. ^{k)} korr. (rad.) aus: ab episcopo A. ^{l)} re-
 capitula B. ^{m)} actoribus C. ⁿ⁾ usura B. ^{o)} actoribus C.

¹⁾ Dan. 7, 7 (D).

²⁾ Joh. 8, 47 (D).

³⁾ Ter. Andr. I, 1, 41; vgl. Sulpic. Sev. Dial. I, 9, 3, ed. C. Halm, CSEL. 1 (1866) 161 (D). — In dem Verteidigungsschreiben, das Hincmar von Reims 868 für Hincmar von Laon (!) an Karl den Kahlen sandte, warnte er den König: Non enim occupatam tenet vestram, sicut quorundam captivatam mentem possidet, vobis bene noti sententia, quae dicit: obsequium, id est, assentatio, videlicet adulatio, amicos, veritas odium parit; Migne, PL. 125, 1059.

⁴⁾ Act. 5, 29 (D).